

Sermo

corpore claritatis sue secundum operationem
qua possit etiam subijcere sibi omnia. In
christo ihesu domino nostro.

Euangelium. Math. xxi.

In illo tempore. Ab
euntes pharisei et filii inie
runt ut caperent ihesum in
sermone. Et mittunt ei discipulos su
os cum herodianis dicentes. Magister. Sci
mus quod verax es. et via dei in veritate
doces et non est tibi cura de aliquo. non
enim respicis personam hominis. dic ergo
nobis quid tibi videatur. licet census da
ri cesari an non. Cognita autem ihesus ne
quicia eorum ait. Quid me temptatis pro
prie. ostendite mihi nummulum census.
At illi obrulerunt ei denarium. Et ait
illis ihesus. Cuius est ymago hec et su
perscriptio. Dicunt ei cesaris. Tunc ait
illis. Reddite ergo que sunt cesaris ce
sari. et que sunt dei deo.

Sermo centesimus octauus.

Abeuntes pharisei con
siliu inierunt ut caperet ihe
sum in sermone. In prece
denti omnia incussus est nobis timor
de multitudine hostium qui in presen
ti sunt nobis callidi insidiatores. in fu
turo tenuissimi tortores. In hac vero
datur nobis spes victorie ex considera
tione beneficiorum dei. Quorum primus
est excellentia creationis. quod nos ad
ymaginem et similitudinem suam fecit.
Quod ostenditur in euangelio ubi ait. Cuius
est ymago hec et superscriptio.
Aliud est gratia redemptionis. quod pro no

Centesimus octauus

B

bis filius dei sanguinem suum fudit.
propter quod clamat ecclesia in maiori
mille. **S**i iniquitates obseruaueris
domine: districte puniet te. et ad vindictam
perpetua referuando. tunc quis susti
nebit: aut dicantis maiestatem. iudicij
equitate. suppliciorum acerbicatem. qua
si diceret. nullus. verumtamen licet diffi
damus de nostra iusticia: presumimus
tamen de sua misericordia. unde subdit. Quia
apud te propitiatio est. scilicet sacrificium pro
nobis oblatum. sanguis preciosus in preci
um nostre redemptionis est usus.
Tertium est tutela apostolice dignita
tis: cuius exemplo confortamur. doctri
na instruiamur. suffragiis adiuuamur.
Sicut patet in epistola hodie nostra: qua
pro nobis orat a deo offerri augmen
tum virtutum. **N**on ergo ex hijs quod deus
non deserit: quos ymagine sua nobili
tauit. tanto precio redemit. tali presi
dio communit. In hoc euangelio reue
lat dominus deitatem suam a notitia occultorum.
quod phariseorum versucias deprehendit.
eisque ex ipsa sua proposito claudit. sic enim
latere voluit in carne: ut nec ex toto ef
fretus occultus. nec ex toto manifestus. si ex
toto esset occultus: non susciperetur. et infi
delitas excusaretur. **N**on si ex toto esset ma
nifestus: non crucifigeretur. et homo non re
dimeretur. **N**otificauit ergo deita
tem suam a tribus.
Primo a signo benignitatis: in disci
pulorum uocatione. in peccatorum uersione. et
in dulcissima uersione. **T**ertium. in
paruitate benignitatis et humanitatis saluato
ris nostri dei. **S**apientia. viij. **N**on hinc a
maritudine uersatio illius. nec teuium
iunctus illius: sed leticia et gaudium.
Secundo a signo potestate in operatione mi
raculorum utpote in curacione laqueorum.